NICOLAUS CUSANUS
Salzburg (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 18r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8207
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

gonus sic omnes figure infinite cum linea
infinita coincidunt. Hinc linea infini-
ta est omnium figurarum exemplar, que de
lineis fieri possunt, quoniam infinita linea
est actus infinitus seu forma omnium
formabilium figurarum. Et quando ad triangu-
lum respexeris et te ad infinitam li-
neam elevaveris, reperies quam huiusmodi tria-
gulum ad equatissimum exemplar. Hoc
modo considera triangulum infinitum.
Hic triangulus infinitus non est nec maior
nec minor designato, nam latera infi-
niti trianguli sunt infinita; latus autem
infinitum, cum sit maximum, in quo co-
incidit minimum, non est nec maius nec
minus latere signato. Sic infiniti trianguli
latera non sunt nec maiora nec mino-
ra lateribus dati trianguli. Sic nec totus
triangulus nec maior nec minor sic est.
Quare infinitus triangulus est precisio
et forma absoluta finiti. Sed tria latera
infiniti trianguli necessario forent linea
una infinita, cum non possent esse plures
linee infinite. Sic eveniret linea infinita